Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



14
22

et comedat et semen illius in benedicione erit. Declina
a malo et fac bonum: et inhabita in secula seculi. Quia
deus amat iudicium et non derelinquit sedes suas:
in eternum conservabuntur. Iniusti punientur: et
semen impiorum perbit. Iusti autem hereditabunt terram:
et inhabitabunt in seculum seculi. Sicut eam. Os iusti me
ditabitur sapiam: et lingua eius loquitur iudicium.
Lex eius in corde ipsius: et non subplantabuntur
gressus eius. Considerat peccator iustum: et quirit mor
tificare eum. Dominus autem non delinquit eum in
manibus eius: nec dampnabit eum cum iudicabitur.
Exspecta dominum et custodi viam eius: et exalta
bit te ut hereditate capias terram: cum perierint
peccatores videbis. Vidi impium sic exaltatum: et
elevatum sicut cedros libani. Et transivi et ecce non
erat: quesivi eum et non est inventus locus eius. Custodi
innocentiam et vide equitatem: quoniam sunt reliquie homi
nis pacifici. Iniusti autem disperibunt: simul reliquie im
piorum interibunt. Salus autem iustorum a domino: et pro
tector eorum in tempore tribulacionis. Et adiuvabit eos dominus
et liberabit eos: et eripiet eos a peccatoribus et salvabit
eos quia speraverunt in eo. Psalmus dauid.
Domine ne in furore tuo arguas me neque in
ira tua corripias me. Quoniam sagitte tue in
fixe sunt mihi: et firmasti super me manum tuam.
Non est sanitas in carne mea: a facie ire tue non
est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. Quoniam iniqui
tates meae super gressae sunt caput meum: sicut onus gra
ve gravate sunt super me. Putruerunt et corrupte sunt
cicatrices meae: a facie insipientie mee. Miser factus
sum et curvatus usque in finem: tota die contristatus

de pe diz. e achab